



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 7. Imperatoris postulatio de Ultrajectina Provincia Belgio unienda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

**Sæcul XVI.** Geldriæ DuceM, qui jam dudum nova  
A.C. 1528. Ultrajectinæ Provinciæ accessione Du-  
catum suum latius pretendere anhel-  
labat. Ergo Carolus suis cum copiis  
accurrit, quæ in urbem nemine obsisten-  
te introducebantur; postmodum De-  
ventriam, & Harderwigam urbes vi oc-  
cupat, necnon reliquam Provinciæ  
partem in ditionem accipit, excepta  
Tylerina arce, quam eapropter obli-  
dere compellebatur. Episcopus, ejus-  
que Canonici tam inopino hostium in-  
sultu obruti Carolum V. Cæfarem, eo-  
quod Belgii Archidux esset, in auxilium  
vocant, eique exponunt, quod Geldriæ  
Duces inveterato odio Augustissimam  
Domum Austriacam infectarentur, proin  
nequaquam tolerandum esset, ut iidem  
Ultrajectinam Provinciam in suam po-  
testatem redigerent, præcipue, cum sem-  
per inter Franciæ Reges, & Geldriæ  
Duces arctissima intercederet amicitia.

### §. VII.

#### *Imperatoris postulatio de Ultraje- ctina Provincia Belgio unienda.*

*Le Mire no-*

*tit. Eccl.  
Belgic.*

*Val. André  
topog. Belg.*

E quidem hæc ratio Cæfari probaba-  
tur; cum vero Ultrajectina Provin-  
cia ipsimet vel maxime utilis esset, hinc  
Epis-

Episcopo, ejusque Capitulo hæc verba **Sæcul. XVI.**  
 reposuit: nil proprius est, quam quod **A.C. 1528.**  
 pacem nobis sat proficuam cum Galliarum Rege, cui Geldriæ Dux foedere junctus est, ineamus; quapropter Ducem coercere haud possumus, nisi saltem Ultrajectina ditio Belgii imperio adjungatur. His verbis haud obscure significabat, se in petiti auxilii præmium hujus Provinciæ dominium afftare.

Dura equidem videbatur conditio; de suprema enim jurisdictione penitus amittenda agebatur, nihilominus Episcopus, ejusque Canonici, cum nihil intentatum relinquenter, ut Geldriæ Ducem, quantum in ipsis esset, opprimerent, ejusque ausibus Cæsarem potentissimum hostem opponerent, hinc sese Caroli Imperatoris imperio subjicere haud detrectabant.

### §. VIII.

#### *Ultrajectina Provincia Sacrae Sedis auctoritate Cæsari asserta.*

Cum vero Ultrajectensis ditio Belgii Statibus absque Sedis Apostolicæ auctoritate uniri haud posset, ad Leonem